



**Commentariorvm, Ac Dispvlationvm, In Tertiam Partem
Divi Thomae. Tomi Qvinque**

Mysteria Vitæ Christi, Et Utrivsqve Adventvs Eivs Accurata Disputatione Ita
complectens, vt & Scholasticæ doctrinæ studiosis, & Diuini verbi
Concionatoribus vsui esse poßit

Suárez, Francisco

Moguntiaë, M.DC.XVI.

3 V. secundum temporalem Christi Natiuitatem B. Virgo possit dici mater
eius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94022)

l. 3. ort. fi. c.
7. in med.

Art. prac.

l. 5. Phys. se.
43. Et seq
tom. 2.

az. 12. paul.
post princ.
rem. 61.

In Concil.
Chalced.
actione. 1.
in epist. ad
Nestorium
circa med.
Et in ferm.
Conc. Ephe
sin.

Sed contra est, quod Damascen. dicit in 3. libr. Confitemur duas Christi natiuitates: vnā quā est ex Patre, eternam, & vnā, quā est in vltimis temporibus propter nos.

Respondet dicendum, quod (sicut dictum est) natura comparatur ad natiuitatem, sicut terminus ad motū, vel mutationem. Motus autem diuersificatur secundum diuersitatem terminorum: vt patet per Philosophum in 5. Phys. in Christo autem sunt due nature, diuina scilicet, & humana, quarum vnā accepit ab eterno à Patre, alteram accepit temporaliter à matre. Et ideo necesse est attribuire Christo duas natiuitates, vnā, quā eternaliter natus est à Patre, aliam, quā temporaliter natus est à matre.

Ad primum ergo dicendum, quod hoc fuit obiectio cuiusdam Feliciani heretici, quam Aug. in lib. contra Felician. soluit. Fingamus, inquit, sicut plerique volunt, esse in mundo animam generalem, quā sic ineffabili motu semina vniuersi facit, vt non sit concreta cum genitis, sed vitam prestat ipsa gignendis. Nempe cum hac in vterum, passibilem materiam ad vsus suos formatur, & peruenit, vnā facit secum esse personam eius rei, quam non eandem constat habere substantiam: & sic operante anima, & patiente materia, ex duabus substantiis vnus homo. Sicque animam nasci fatemur ex vtero, non quia antequam nasceretur, quantum ad se attinet, ipsa penitus non fuisset. Sic ergo, imo sublimius natus est de matre filius Dei, secundum hominem eo pacto, quo cum corpore nasci docetur, & animus: non quia vtriusque sit vna substantia: sed quia ex vtraque sit vna persona. Non tamen ab initio carnis incepisse dicimus Dei filium, ne temporalem credat aliquis Deitatem: non ab eterno filij Dei nouimus carnem, ne non veritatem humani corporis, sed quandam eum suscepisse putemus imaginem.

Ad secundum dicendum, quod hoc fuit ratio Nestorij quā soluit Cyrillus in quadam epistola, dicens. Non dicimus, quod filius Dei induerit necessario propter secundam natiuitatem post eam, quā ex Patre est, est enim fatuum, & indoctum, existentem ante omnia secula, & consensum Patri indigere dicere initio, vt sit secundo. Quoniam autem propter nos, & propter nostram salutem vnus sibi secundum substantiam, quod est humanum, processit ex muliere, ob hoc dicitur nasci carnaliter.

Ad tertium dicendum, quod natiuitas est persona vt subiecti, nature autem vt termini. Possibile est autem vni subiecto plures transmutationes inesse, quas tamen necesse est secundum terminos variari. Quod tamen non dicimus, quasi eterna natiuitas sit transmutatio aut motus, sed quia significatur per modum mutationis, aut motus.

Ad quartum dicendum, quod Christus potest dici bis natus secundum duas natiuitates. Sicut enim dicitur bis currere qui currit duobus temporibus, ita potest dici bis nasci, qui semel nascitur in aternitate, & semel in tempore: quia aternitas, & tempus multo magis differunt, quam duo tempora, cum tamen vtrumque designet mensuram durationis.

COMMENTARIVS.

Veritas fidei, quam hoc articulo D. Tho. docet, in superioribus varijs testimonijs scripturæ sacre, Conciliorum, & sanctorum confirmata est, vbi ostendimus Beatissimam Virginem esse veram Dei matrem, Deumque, & hominem verè concepisse, ac genuisse. Nihil enim aliud est Christo attribui natiuitatem temporalem (si de natiuitate in vtero agamus) quam ipsum esse factum, seu genitum hominem ex Maria vera matre sua: denatiuitate autem extra vterum dicendum est statim post sequentem disputationem.

Vnum igitur tantum adnotandum hoc loco superest circa solutionem ad 4. in qua D. Thom. mouet dubium, an Christus possit dici bis natus. In quo Durand. in 3. d. 8. q. 2. negat eam loquutionem esse

Durand.

veram. Quia ille terminus, bis, solum numerat actiones, quæ in eadem mensura successiue fiunt, & per interruptionem multiplicantur: at verò aterna Christi natiuitas, & temporalis non sunt in eadem mensura, nec illa interrupta est: sed semper durat, sicut non dicitur aliquis bis legisse librum, etiam si simul duos libros legat, nec bis vidisse Deum, etiam si duobus actibus videat. Nihilominus tamen dicendum est cum D. Tho. hic, verè ac propriè dici Christum bis natum. Quod etiam sentit Magister, d. 8. & ibi Bonau. ar. 2. q. 1. ac ferè ceteri, & ita expressè loquitur Lactan. lib. 4. diuin. Inst. c. 3. Intelligit, verò de fide ad Pet. c. 3. Natus est, inquit, semel ex patre, & semel ex matre, perinde autem est dicere, semel & semel, quod bis, aut semel, & iterum: Vnde confirmari hoc potest ex Paul. ad Heb. 1. dicente, & cum iterum introduxit primum genitum in orbem terrarum. Per natiuitatem enim temporalem dicitur filius Dei, iterum introductus in orbem terrarum. Ratio est, quia in illo termino, bis, tantum numeratur duplex Christi natiuitas. Quatenus enim in ratione saltem analoga natiuitatis conueniunt, & inter se distinguuntur, numerari illo modo possunt: nec necesse est, vt sub eadem mensura comprehendantur, neque vt altera interrupta sit, seu cessauerit, hæc enim accidentaria sunt: per se verò sufficit: vt re ipsa origines distinctæ sunt, & earum etiam durationes. Vt rectè diceretur, hic aer bis illuminatus, si postquam ab vno agente lumen in illo productum est, aliud lumen ab alio introduceretur, priori illuminatione non interrupta, sed durante.

Dices, ergo etiam dici poterit Christus bis filius, quia duplicem natiuitatem duplex filiatio confertur. Respondetur, primum Christum non esse duos filios: quia hic numerus requirit multitudinē suppositorum. Deinde, propter similitudinem loquutionum, ne sub vna videatur altera introducti, cauendum videtur ille loquendi modus: maximè cum multis videatur filiatio respicere suppositum, magis quam natiuitas: quapropter censent illam posteriori loquutionem esse falsam. Alij addunt illum terminum, bis, magis numerare actiones, quam formas. Quod non video, quā sit firmum, propriè enim dicimus aliquem esse bis canonicum, vel doctorem, videtur ergo illa loquutio in rigore vera, sed cauenda est, vel explicanda propter prædictum errorem.

ARTICVLVS III.

Virum secundum temporalem Christi natiuitatem, B. Virgo possit dici mater eius.



Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod secundum temporalem natiuitatem Christi, B. Virgo non possit dici mater eius. Vt enim supra dictum est, B. Virgo Maria nihil actiue in generatione Christi operata est, sed solum materiam ministravit. Sed hoc non videtur sufficere ad rationem matris, alioquin lignum diceretur esse mater lecti aut scamm. Ergo videtur quod B. Virgo non possit dici mater Christi.

2. Præterea Christus ex B. Virg. miraculose natus est. Sed miraculosa generatio non sufficit ad rationem maternitatis: non enim dicimus Euam fuisse filiam Adæ. Ergo videtur quod nec Christus debeat dici filius B. Virginis.

3. Præterea, ad matrem pertinere videtur decisio seminis. Sed sicut Damasc. dicit in 3. lib. corpus Christi non seminaliter sed concitue à Spiritu Sancto formatum est. Ergo videtur, quod B. Virgo non debeat dici mater Christi.

Sed contra est, quod dicitur Mat. 1. Christi generatio sic erat. Cum esset desponsata mater Iesu Maria, Ioseph. &c.

Respondet dicendum, quod B. Virgo est vera & naturalis

Christus
vere, ac pro-
prie bis na-
tus dicitur.
D. Thom.
Mag.
Bonau.
Lactan.
Eulgent.
Hebr. 1.

Obiectio.
Responsio.

190.

3. d. 3. p. 2.
art. 2. & 2.
dis. 4. q.
2. art. 2. &
4. cont. c.
32. d. 4. &
3. 4. & 44.
Op. 3. c.
22. 9. & 230
Op. 6. c. 6
3. col. 4.

lib. 3. c. 2. 4.
& 7.

1. 2. art. 2. ralis mater Christi. Sicut enim supra dictum est, corpus Christi non est de celo allatum sicut Valentinus hereticus posuit: sed de Virgine matre sumptum, & ex purissima sanguinibus eius formatum. Et hoc solum requiritur ad rationem matris: ut ex supra dictis patet. Vnde Beata Virgo verè est mater Christi.

Ad primum ergo dicendum, quod (sicut supra dictum est) paternitas, siue maternitas, & filiatio, non competunt in quacumque generatione, sed in sola generatione viuientium. Et ideo si aliqua inanimata ex aliqua materia fiant: non propter hoc consequitur in eis relatio maternitatis, & filiationis: sed solum in generatione viuientium, qua proprie natiuitas dicitur.

Ad secundum dicendum, quod sicut Damasc. dicit in 3 lib. natiuitas temporalis, qua Christus est natus propter nostram salutem, est quodammodo secundum nos: quoniam natus est homo ex muliere, & tempore conceptionis debito. Super nos autem, quoniam non ex semine, sed ex Spiritu Sancto, & sancta Virgine supra legem conceptionis. Sic igitur ex parte matris natiuitas illa fuit naturalis, sed ex parte operationis Spiritus Sancti fuit miraculosa, vnde B. Virgo est vera, & naturalis mater Christi.

Ad tertium dicendum, quod (sicut supra dictum est) resolutio feminis femina non perimit ad necessitatem conceptus, & ideo resolutio feminis non ex necessitate requiritur ad matrem.

Hi duo articuli explicati sunt in prima disputatione huius tomi.

ARTICVLVS IV.

Virum B. Virgo debeat dici mater Dei.

191. **A**d quantum sic proceditur. Videtur, quod B. Virgo non debeat dici mater Dei. Non enim dicendum est circa diuina mysteria, nisi quod ex sacra Scriptura habetur. Sed nunquam in sacra Scriptura legitur, quod sit mater aut genitrix Dei: sed quod sit mater Christi, vel mater pueri: ut patet Mat. 1. Ergo non est dicendum quod Beata Virgo sit mater Dei.

2. Præterea, Christus dicitur Deus secundum diuinam naturam. Sed diuinam naturam non accepit initium essendi ex Virgine, ergo B. Virgo non est dicenda mater Dei.

3. Præterea, Hoc nomen Deus, communiter predicatur de Patre, & Filio, & Spiritu Sancto. Si ergo Beata Virgo est mater Dei, videtur sequi, quod B. Virgo sit mater Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, quod est inconueniens. Non ergo B. Virgo debet dici mater Dei.

Sed contra est, quod in capitulis Cyrilli approbatis in Ephesina synodo legitur. Si quis non confiteretur Deum esse secundum veritatem immmanuel, & propter hoc Dei genitricem sanctam Virginem (genuit enim carnaliter carnem factum Dei Verbum) anathema sit.

192. art. 11. Respondeo dicendum, quod (sicut supra dictum est) omne nomen significans in concreto naturam aliquam, potest supponere pro qualibet hypostasi illius nature. Cum autem vnio incarnationis sit facta in hypostasi (sicut supra dictum est) manifestum est quod hoc nomen Deus potest supponere pro hypostasi habente humanam naturam, & diuinam. Et ideo quicquid conuenit diuine nature, vel humane, potest attribui illi persone, siue secundum quod pro ea supponitur nomen significans diuinam naturam, siue secundum quod pro ea supponitur nomen significans humanam naturam. Concipi autem & nasci persona attribuitur, & hypostasi, secundum naturam illam, in qua concipitur, & nascitur. Cum igitur in ipsi principio conceptionis fuerit humana natura assumpta à diuina persona (sicut prædictum est) consequens est, quod verè possit

Fr. Suarez, Tom. 2.

A. dici, Deum esse conceptum, & natum de Virgine. Ex hoc autem dicitur aliqua mulier alicuius mater, quod cum concepit, & genuit: vnde consequens est, quod B. Virgo verè sit mater Dei: solum enim sic negari posset, B. Virginem esse matrem Dei, si vel humanitas prius fuisset subiecta conceptioni, & natiuitati, quam homo ille fuisset filius Dei (sicut Photinus posuit) vel humanitas non fuisset assumpta in vnitatem personæ, vel hypostasis Verbi Dei, sicut posuit Nestorius. Vtrumque autem horum est erroneum. vnde hereticum est negare B. Virginem esse matrem Dei.

Ad primum ergo dicendum, quod hæc fuit obiectio Nestorij. Quia quidem soluitur ex hoc, quod licet non inueniatur expresse in Scriptura dictum, quod B. Virgo sit mater Dei: inuenitur tamen expresse in Scriptura, quod Iesus Christus est verus Deus, ut patet 1. Ioan. vlt. & quod B. Virgo est mater Iesu Christi, ut patet Mat. 1. Vnde sequitur ex necessitate ex verbis Scripturæ, quod sit mater Dei. Dicitur etiam Rom. 9. quod ex Iudeis est secundum carnem Christus, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Non autem est ex Iudeis nisi mediante B. Virgine. Vnde ille, qui est super omnia Deus benedictus in secula, est verè natus ex B. Virgine, sicut ex sua matre.

Ad secundum dicendum, quod illa est obiectio Nestorij, sed Cyrillus in quadam epistola contra Nestorem soluit, sic dicens. Sicut hominis anima cum proprio corpore nascitur, & tanquam vnum reputatur: & si volueris quispiam dicere, quod est genitrix carnis, non tamen & animæ genitrix, nimis superflue loquitur. Tale aliquid gestum percipimus in generatione Christi: natus est enim ex Dei Patris substantia Dei Verbum: quia verò carnem assumpsit, necessarium est confiteri, quod natus est secundum carnem ex muliere. Dicendum est ergo, quod B. Virgo dicitur mater Dei, non quia sit mater Diuinitatis, sed quia persone habentis diuinitatem & humanitatem, est mater secundum humanitatem.

Ad tertium dicendum, quod hoc nomen Deus, quamuis sit commune tribus personis: tamen supponit quandoque pro sola persona Patris, quandoque pro sola persona Filij, vel Spiritus Sancti: ut supra habitum est. Et ita cum dicitur, B. Virgo est mater Dei, hoc nomen, Deus supponit pro sola persona Filij incarnata.

ARTICVLVS V.

Virum in Christo sint due filiationes.

192. **A**d quantum sic proceditur. Videtur, quod in Christo sint due filiationes. Natiuitas enim est causa filiationis. Sed in Christo sunt due natiuitates, ergo etiam in Christo sunt due filiationes.

2. Præterea, Filiatio, qua quis dicitur filius alicuius, ut matris, vel patris, dependet aliquantulum ab ipso, quia esse relationis, est ad aliud aliquantulum se habere, vnde & interempto vno relatiuorum, interimitur aliud. Sed filiatio æterna, qua Christus est filius Dei Patris, non dependet à matre, quia nulum æternum dependet à temporali, ergo Christus non est filius matris filiatione æterna. Aut ergo nullo modo est filius eius, (quod est contra prædicta) aut oportet quod sit filius eius quadam alia filiatione temporali. Sunt ergo in Christo due filiationes.

3. Præterea, Vnum relatiuorum ponitur in definitione alterius, ex quo patet, quod vnum relatiuorum specificatur ex alio. Sed vnum, & idem non potest esse in diuersis speciebus, ergo impossibile videtur quod vna, & eadem relatio terminetur ad extrema omnino diuersa. Sed Christus dicitur filius Patris æterni, & matris temporalis, qui sunt termini omnino diuersi, ergo videtur, quod non possit eadem relatione Christus dici filius Patris, & matris. Sunt ergo in Christo due filiationes.

L. 2

Sed